

que mirabili articulo, Ioannes asserit gloriam se absdubie vidisse, *Ego vidi*: & testimonium perhibuit de visione. *Matthaeus & Marcus asserunt, quod Christi tantum fuit visio, ubi gloria in Iordane facta fuit manifestatio. Statim ascendens de aqua vidit celos apertos.* Duplex, & dupliciter fuit gloria in Iordane visio, Salvatoris scilicet & Ioannis: Christi divinae essentiae, Ioannis autem duntaxat visionis ex gloria Christi. Hinc intelligitur, Ioannem gloriam Christi vidisse, atque visionem ignorasse: igitur quanvis videbat sciens gloriam Salvatoris, nesciebat quid Christus noverat ex visione Deitatis. *Ego nesciebam*, inquit. Non contrariatur cum ait: *Vidi, & testimonium perhibui, quia vidi Spiritum descendentem de caelo.* Vidi gloriam externam, & Christum vidisse gloriam, scisis polis, & apertis caelis: sed gloriam visionis Christi nesciebat intellectus; unde Spiritus Sanctus descendit de caelo in munus. Testimonium praestat Ioannes, quod Spiritus pro gloria Christi descendit: reliqua, esse patulis caelis, Ioannes nescivit: igitur dicere quid Christus viderit, tendens in Deitatis intranabile lumen, solummodo & iure spectat ad Deitatem. Proinde descensum Spiritus quasi causalis exponitur, etiam dum absolute à Praecursore videtur. *Testimonium perhibuit, dicens: Quia vidi Spiritum.* Quia pro Quid. Aptè, pro commendatione ineffabilis gloriae: siquidem quid tunc in gloria Salvatoris visio; haud dicere quibat cunctis maior hominibus homo. Nescit, & videt. Ornatus singulares miratur, perfectio gloriae à baptizante cognoscitur. Scit, quippe aliquid percipit; at tamen ratio cognitione non cognoscit: & visione gloriae gloriam conspectam nesciebat; quippe perfectionem gloriae imperfectè etiam visione cognoverat.

12 Gloria nonnunquam Salvatoris speculum lucet claritudinis Matris. Aperiuntur caeli in Virginis gratiam, ut illa triumphans ingrediatur in gloriam. Ovationis gloria magna & admiratione plena, verum etiam à videntibus dubia. *Qua est ista* (dicunt sublimiores hominum intelligentiae) *qua progreditur & Mater & Virgo in caelum?* Unde ergo dubium? Nonne insignis claritate dorum, singularitate gratiarum, ac ornamento virtutum? Ipsa factentur. *Viderunt eam & beatissimam praedicaverunt:* etiam regina, in quibus summa virtutum, excellentiorem laudarunt: cur nam ipsa progrediente, & ambigunt quod viderunt? Novum & singulare spectabile

Marc. r. 10. Matth. 3. 16

Tantum De nota.

Verf. 32. Quia pro Quid.

Cantic. 5. 8. 9. 9. Gratia Virgini.

monstrator, ubi Virgo in Empyrium dives ingreditur. Illa dicit:

*Placet hac mihi gloria prolis.*

Respondetur à Trinitate tora muneri dignitatis: igitur eius gloria ab intus, à Filia Regis & Patris, Mater incarnati Filij, & simul Sponsa Spiritus Almi. Viderunt eam, sed eius nescierunt gloriam; quoniam gloria ingreditis in Olympum erat amplior quam videntur. Videbat Virgo Maria Patrem, Filium & Sponsum: hoc viderunt vidisse: at nesciunt quid de visione; quoniam quid in divina essentia, ac Trinitate individua videat gloriosa Virgo, videre non valet vel laudantium intellectio. Nescitur quod visu plauditur; cognitione non cognoscitur; siquidem plaudentes dicere non valent, etiam quod oculi vident. Virgo cognita exaltatur in gloria, & inquiritur, *Qua est ista?* Iure: percipit intellectus scintillas aliquatenus lucis, sed illum fugit excellentia visionis. Cognoscit visionem Deitatis esse super omnem creaturam atque nullam perfectiàs videre gloriam: & quod cognoscendo videt, pariter nescit, quia perfectionem imperfectè cognoscit, quandoquidem in visione Deitatis, quod tendat, & mentem prorahat: ad Deitatem solummodo spectat. Quanvis perfectam cognitionem gloriae Virginis intellectus haberet, nesciret adhuc, quippe plene non cognosceret: igitur cognosceret ex non intelligentia, quod intelligentia amplior esset Mariae gloria. Reliqua vide *Tautolog. 10. Didasc. 1.* Gratiarum patet cumulus, ubi ex cognitione sine cognitione suspenditur intellectus. *Qua est ista?* Prae illa neque in terris, neque in caelis est alia. Nec habet similem, nec habebit sequentem: gloria namque debetur singulari, cui sine simili gratia concessa virginis & genitricis. Unde intellectus humanus captivus subditur; ubi cognoscens altiora, reverenter dedicatur. Atruit mentem Achilles Bochius *Symb. 98.* *Totius ingenij medijs infirma repenti Lumina desiciunt conatibus, aegraque in ipsis Caligant radijs, ut si quis forte videndo Tentet Apollineo demens comprehendere vultus.* *Sic maiestatem quisquis scrutabitur, illum Opprimet extemplo divina gloria lucis.*

Iuvenc.

Gloria respondet gratia.

Oculum acumini sublimiori.

Maior gloria, quod maior intelligentia.

Boch.



DIDASCALIA III.

Munera ad dignitatem, minime merita.

1 IN illos iure vel culmina, quanvis non fulminant, tonant; quos honores nullà non arte, atque operà petiri diserciant. Sed quorsum? Nonnunquam potantes sicut. *Quosdam, cum in summum ambitionis enterentur, inter prima lucantes atas reliquit: quosdam, cum in consummationem dignitatis per mille indignitatis erepissent, misera subijit cogitatio* (ait Stoicus de *Vita beat.* cap. 19.) *ipso laborasse in titulum sepulchri: quorundam ultima senectus, dum in novas spes, ut iuventa disponitur, inter conatus magnos & improbos, invalida desit.* Hic tu laboris honor, labor mirum & labor, verum dum favet fortuna, sperare iuvat non speranda.

Laber ambitionis.

Senec.

Ovid.

Senec.

Deut. 28. 13.

Dignitatis deditur, ubi primus qui novejimus.

sed iacere. Surgunt, & elevari conantur in caput. In caput? Cæcitas patet mentium, & quia processerunt, est obliquo principiorum: igitur ni processissent, elevari non auderent. Fatentur namque principium fortunam fuisse, sed post fortunæ electionem etiam fortunam mereri: igitur habent meritum electionis, et si electio sine meritis: iureque dicitur *supra, & non subter*, dum merita assumuntur in dignitatem, ut elucescat indignorum malemerentium discrimen: siquidem subter est, quanvis sit supra, qui munera habita ostenderit quasi merita. Sibi quasi de honore blanditur, ac insulis infatuatur; igitur habet dignitatis honorem, quem plerique vel cum meritis non habent. Ambitio non respicit in principium, sed in progressum; quod quidem cæcitas mentis, atque lapsus ambitionis, tendentis deorsum, ubi ascensio struitur fursum: equidem cum merita praesent ascensum in dignitatem, signetque dignitas meritorum honorem; & ambientis stolido videtur ex iure in cacumina processus, quia semel in dignitatem vel à fortuna intronissus.

Iguominia, si munera quasi merita.

Matth. 22. 3

Vestis signa dignitatis.

Matth. 22. 3

Introumittitur ambrosiosus non vocatur.

3 Per vestes olim designatae dignitates, ut saepe dixi Tomis prioribus. Occurrit modò nuptialis & regia cæna, qua ambrosiosius cuiusdam perstricta audacia. Nuptia ergo sunt instituta; & servi, ut invitatos ad convivium vocarent, à rege missi: siquidem semper suspecti ad dignitatis regimen, qui non vocati veniunt in dignitatem. Vocati multi sunt, sed evanuit vocationis spes: quid non invitati & introducti, si pessimi inveniantur qui vocati? *Misit servos vocare invitatos.* Non desideraretur ab ambitioso officij huiusce defectus: quandoquidem introumittitur, etiam à nemine vocetur. Qui in cenam atque nuptias invitati, *nolebant venire.* Quod videtur primo aspectu inurbanitas illiberalis, est sine dubio altum consilium prudentiae: equidem cum honores magis pateant ad ruinam, quam ad gloriam; ne exponerentur ruinæ splendoris specie, nolebant prudenter in dignitatem venire, quanvis vocati: siquidem semper veniunt in precipitium, qui veniunt. Veniunt qui indigni, ab ambitione periciti: assumuntur, qui meritis instructi, quos dotes eligentes illustrant, quanvis non veniant: comprobaturque ex progressu actione ambitus incapacitas, dum micat dignitas: igitur cum absint merita, quæ ambitiosus commendent: in honorem minime assumuntur, ni venient. *Nolebant venire*, & etiam

Electio optima non venientibus, sed venientium munera.



Verf. 8.

vocati? Quare? Qui inuitati erant, non fuerunt digni. Quid alij faciant, dum ipsi etiam de se iudicant? Vocati sunt, sed nolunt indignitate accedere honoris; ne honos adhaerens ascendenti deserviat ignominia: quandoquidem melius, quod despicitur honos, quam elevari ad dignitatem indignos.

Verf. 11. & 22.

4 Ergo impletae sunt nuptiae discumbentium; & ab omnibus celebratum convivium. Intravit autem rex, ut videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo hic intraisti, non habens vestem nuptialem? Multa occurrunt discutienda & cuncta pro Didascalia. Quare non arguit, quod ibi esset, sed quod intraflet? Si nudus expellendus, non erat nudus: quare si habebat vestem, semovit illico, quia non habebat nuptialem? Ut compesceret à dignitatibus ambitiosos, tantum muneribus fultos. Vestis nuptialis dignitatem signat praemis meritis: vestis verò tantum splendorem dignitatum: & excludit uti indignum; quippe in conventu indecorum, elatum in dignitatem, solum ostendere dignitatis vestem. Discumbebant cum reliquis, quasi gloriosus de maiestate muneris. Ibi erant sedes; sed dignis assumptis in sedes propter merita, nequaquam propter officia: excluditurque à comitijs electionis, qui sedebat veste muneris; quippe indignum iudicabat, etiam dum munus obibat, qui duntaxat propter manus inter reliquos sedebat. Vidit Princeps discumbentes, & simul isthunc hominem ibi. Nihil sane loqueretur, si videret alibi: & ut ut vidit, actum à congregatione explofit, aegre ferens, quod inter tot benemeritos, ratione muneris etiam sederet indignus. Patet de ingressu, atque veste Princeps interrogavit: at ille obmutuit. Haud excusatur? Non aliter audax dum sine effugio comprehenditur. Obmutuit. Quodnam signum meritorum, dum valebat nec ullum proferre verbum? Què meritis se potiam conocer, quando no savia ni hablar? Ita Noftrates, & vigilanter.

Infula duntaxat dignitatis, non sunt bonae.

Ibid.

Feri in ineptis.

6 Altipulcrum acuminis Iuvenicus lib. 3. de Evangelic. Histor. vers. 763. dum canit: Hic vidit indutum polluta vestis amicum. Vestem habebat in theatri plausum, atque mensa discubuit; sed non aptam pro electione ad praemium. Habebat vocationis, nimirum dignitatis vestem; sed non nuptialem, id est, cum dotibus in habitam dignitatem: pollutaque dicitur, dum munere dignitatis illic ingreditur; ut eluceat quantum allucinetur ambitione, qui sine dotibus gaudet dignitatis munere: igitur dum videtur illi ostendere in veste gloriam, ostendit cunctis amicum polluti maculas. Hinc gemit pro robore ministerium, si indigno praebet amicum: equidem tam à benemeriti praclaris instrumentis illustratur, quam ab indignorum stoliditate polluitur. Haud profecto aliam habet caecum fastigium dignitatum, quam insitam conditionem possidentium. Unde fatuus, qui indigne indutus sedem coinquinavit, quem discubuit; quippequam cognoscens habere vestem, ex veste tantum non consideravit labem.

Ovid.

7 Modò in dubium primum. Quomodo hic intrafisti, non habens vestem nuptialem? Ingressum tantummodo arguit, dum maculatum invenit? Ingressum utique tantum, in quo periculum: equidem etsi blandiretur fortuna, & urgeret insipientia; minime ingrederentur in ambitum, si considerarent exitum. Hem o fatui! Nec egredi sciunt, nec ingredi. Quare hic intrafisti? Sine meritis erat, sed introierat, vana spe fultus, etsi dotibus vacuus: equidem cogitavit sicut alij habere plausum, si semel tantum ingrederetur per osium. Vestimen-

Fortuna totum quae se permisit ultro, Vero hominis regno spoliat se prorsus, & ingens Bellua fit capitum multorum, luminis expers.

Accinit Achill. Bocchius, Symb. 66. Ita cum veste, sed sine veste nuptialis disposuit ambitio sedem, in indigni exaltationem. Rex inquit, sed dignatus obmutescit: mandatque dari praecipitem, amplam munere dignitatem ac plausum possidentem; quippe congregationem cunctam turpiter dedecorabat, sedere ratione muneris, qui nec verbum loqui sciebat. In tenebras exteriore mittitur, qui sic ingreditur. Locus aptus ad fortunae munus: equidem dum affumitur indignus; magis elevatur ut lateat, quam ut luceat: disponit quippe ipsa fortuna improprium, dum fruic folium.

6 Altipulcrum acuminis Iuvenicus lib. 3. de Evangelic. Histor. vers. 763. dum canit:

Hic vidit indutum polluta vestis amicum.

Vestem habebat in theatri plausum, atque mensa discubuit; sed non aptam pro electione ad praemium. Habebat vocationis, nimirum dignitatis vestem; sed non nuptialem, id est, cum dotibus in habitam dignitatem: pollutaque dicitur, dum munere dignitatis illic ingreditur; ut eluceat quantum allucinetur ambitione, qui sine dotibus gaudet dignitatis munere: igitur dum videtur illi ostendere in veste gloriam, ostendit cunctis amicum polluti maculas. Hinc gemit pro robore ministerium, si indigno praebet amicum: equidem tam à benemeriti praclaris instrumentis illustratur, quam ab indignorum stoliditate polluitur. Haud profecto aliam habet caecum fastigium dignitatum, quam insitam conditionem possidentium. Unde fatuus, qui indigne indutus sedem coinquinavit, quem discubuit; quippequam cognoscens habere vestem, ex veste tantum non consideravit labem.

7 Modò in dubium primum. Quomodo hic intrafisti, non habens vestem nuptialem? Ingressum tantummodo arguit, dum maculatum invenit? Ingressum utique tantum, in quo periculum: equidem etsi blandiretur fortuna, & urgeret insipientia; minime ingrederentur in ambitum, si considerarent exitum. Hem o fatui! Nec egredi sciunt, nec ingredi. Quare hic intrafisti? Sine meritis erat, sed introierat, vana spe fultus, etsi dotibus vacuus: equidem cogitavit sicut alij habere plausum, si semel tantum ingrederetur per osium. Vestimen-

Bocchi

Stolidi infulati.

Verf. 13.

Iuvenic

Ignominiosus ex honore.

Pfalm. 35. 12.

Removenda & cum ignominia.

Ioann. 16. 8.

Quare hic pracludens ad honores intrafisti?

Bocchi

Stolidi infulati.

Verf. 13.

Iuvenic

Ignominiosus ex honore.

Pfalm. 35. 12.

Removenda & cum ignominia.

Ioann. 16. 8.

Quare hic pracludens ad honores intrafisti?

Bernard.

mentum nuptiale est signum altioris dignitatis, quippe prima concessa in munere vocationis, qua missus in sedem, qui forebat ambitionem: ingressumque in penam audacis objegit, dum à conclavi detrudit, qui ex vocatis elegit; ne in meritorum praecipitium, illuc ingrederetur ex ambitu edax sine meritorum: quandoquidem excessus peteret munus, quia in munus semel ingressus. Primum est gratia, secundum nuptialis veste iustitia; quoniam dotibus ex iure debetur manus: huiusque chameleontis taxatur introitus; ut ambitiosus stolidi repellatur impudentia, formantis ius ex semel collata gratia: etenim perficitur frontis improbitas, quod alia concederet propter dignitatem dignitas. Ius non est quòd prudentia conservet, quem fors furiosus introduxit, demoustrans quasi praecelata merita, quae extrinsecus tantam meritorum signa: & quem ingressum in conclave Princeps sine meritis vidit, quia ingressus perpulsi; quippe semel ingressus minimè quiesceret, quousque per officia ex officijs summum acquireret. Fulgebit ne in altiore dignitatem elatus, qui etiam ingressus iudicabatur indignus? Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. In tenebras, ne appareat: ligatus, ne mundum moveat: etenim ambitiosus commovebit orbem; si possit movere pedem. Ligatis manibus & pedibus: non est austeritatis iudicium, sed cautionis prudentissimae decretum. Per manus signantur largitiones munerum: unde David: Manus peccatoris non moveat me. Per pedes ambitionis conatus, & velocitatis cursus. Prov. 1. 16. & ligari iubentur manus & pedes: ut ingressus omnino pracludatur indignis: equidem pedes absdubie movebuntur in officium, modò, vel iure projectus, possit extendere manum. Ita ligatum mittite in tenebras, ne devenisset dignitas: igitur duntaxat dignitas decoratur, quando indignus dignissimè ab illa expellitur. Expellite munere inflatum, projicite potestate gloriosum, ne si impune praetermittitur, ministerium proijciatur: igitur si habuerit aliquomodo ingressum; sese, dignitatem etiam impellet in praecipitium.

8 Cum venerit ille (id est, Spiritus Sanctus) dicebat discipulis Magister caelestis, arguet mundum de peccato & de iustitia & de iudicio. Bernardus Serm. 21. Inter parvos ingeniosè exponit: De peccato quod dissimulat, de iustitia quam non ordinat, de iudicio quod usurpat. Huius thes-

argumenta fuscè exhibuit, T. 2. Taut. 9. E. 23 & T. 3. Taut. 4. D. 6. Taut. 11. D. 5. & Taut. 12. D. 3. Modò per Hendiadym exponendum Salvatoris testimonium. De peccato, de iustitia, & de iudicio: q. d. de iudicij, atque iustitia peccato. Quodnam enim mundi iudicium, & iustitia sic arguenda, tanquam peccata? Dator munerum plauditur Spiritus-Sanctus, & de iudicio ac iustitia ab illo damnatur mundus: igitur dum à mundo fit dignitatum electio, in iustitia omnino pravà iudicium sine iudicio. Ratio, ut ius est, quicquid indignum est, reprobat; & nihilominus affectio quasi dignum studiosè colorat. Si voluntas habet iudicium, semper iudicium perversum; quippe vel abominabile deaurat specie iustitia: & ut crimen à Spiritu-Sancto arguitur, ubi eligitur, quod meritò reprobat: quoniam homo intendit eligere indignum quasi iudicio rationis, & iudicium est prolium caeca omnino voluntatis. Meritis debent concedi munerum dignitates, & non munera muneribus. Mundus reputat ut dignos, quos videri muneribus decoratos, quasi esset speculum doctorum elevationis fastigium, ad quod tendit iure electio: & Dator munerum mundum arguit de hoc iudicio; quippe dignitates conferenda benemeritis, & nullo modo muneribus dignitate. Iudicium mundi iudicio opponitur celi. Munera non sunt merita, sed meritorum signa. Mundus signis iudicium format, caelum autem assumptos meritis signat: hinc ille damnatur, de iudicio, quod usurpat; equidem claret non proprium, sed alienum, si iudicium usurpatum: & à caelo damnatur hocine pravum iudicium; quippe sine flexione non dantur munera meritis, sed pro lubito, aut prolium muneribus infusatis.

9 Ultra. Ordinatur caelum mundi iustitiam; quoniam electio extra iustitiam ordinem, allectis inhabilibus in decoram fatuitatem: equidem cum manera sint duntaxat meritorum argumenta: parvipendunt ex dotibus meritum, modò acquirant dignitatibus argumentum meritorum. Modò aliquid crepitet in vellicationem aurium, plauditur quavis sit situm. Ordinatur mundus iustitiam distributionis, dignitatibus cumulando dignitates; quippe omni habenti dabitur & abundabit, & qui non habet, hoc decreto non habebit. Siccine mundus in iustitia delirat: arguiturque iure de iustitia quam non ordinat; quoniam ordo iustitiae non est munerari dignatos, sed tantum dignos. Signant utique

Hendiadya in Script.

Iudicij ab affectu sine iudicio.

Ambitio vana, nisi vana, nisi.



Munerandi dioni, non dignavi.

dignitates (quia petunt) dotes insignes: ceterum dignitates assumptis non prabent dotes: alioquin ambitio haberet excusationem, modo dignitas conferret consequenti dignitatem. Quasi possent habere huiusmodi gratiam, ordinat mundus distributionis iustitiam: & dator celestis munerum arguit iure ordinem distributionis; ut sit ordo in distributione muneris: igitur munerum tantum electio, proculdubio non est ordo. De iustitia quam non ordinat, mundum supernus iudex accusat. Non accusat quod ordinat iustitia; sed iustitiam quae sic ordinat. Ordinat iustitia munera dari iure tantum meritorum: iustitia mundi suspicioso iure munerum: & huiusmodi ordinem, quem homines plaudunt electionis formam, arguit Spiritus-Sanctus uti morum corruptelam; quippe perturbatio ordinis, nulla in distributione series, imo contra rationem & legem turpis deformitas, quod quia data pridem alia, alia conseruatur dignitas.

Cantic. 1.6.

10 Vineam meam non custodiui: exclamabat Sponsa. Non custodiu vineam, & non custoditam tradiderunt in custodiam? Posuerunt me custodem in vineis. Exhibetur affectionis suffragium, dum in custodiam eligitur, quae praesidere vetetur: etenim in electionem caeae voluntatis exprimit persistentiam; quod vel electa sese cognoscit indignam. Indignam eligit, & adhuc illa renuente, in proposito persistit, non demonstrando in affectu suffragium, sed moliminis delirium: etenim patet, dum adhuc cognita incapacitate, eunim insistit, ut accipiat indigna dignitatem, veli nolit. Illa sane de violentia queritur, ac de offensa irrogata lamentatur. Gravis profecto ictus, de quo doler contusus etiam dignatus. Intendite: Filij (ait) matris mea pugnauerunt contra me. Iam claudicat intuitus electionis, quandoquidem introducta caro & sanguis. Pugnauerunt contra me: posuerunt me custodem in vineis. Vineam meam non custodiui. Concedere dignitatem est pugna? Faveri in assumptionem, contumelia? Elucet cordis affectus. Imo penetrabile vulnus. Eligitur a fratribus in custodiam praesentiam, sed incapax ad custodiam. Iure dolet, ascendens in dignitatem: igitur amplioem nequit odium cogitare morem; quam illi conferre officium, qui non potest, quicquid agat, adimplere ministerium. Pugnauerunt contra me. Alapide: Pugnauerunt pro me. Affectus sine iustitia ordine conatur perperam, ubi electio meditata iam redigitur ad pu-

Affectus fauenter delirans.

Ibid.

Caro & sanguis ab electione exculenti.

Indotatus ex honore ignominiosus.

Alapide.

gnam; quippe si intervenit voluntatis affectio, non tantum pugnat, sed repugnat ratio: unde qui pro illa pugnant in custodiam, dicuntur pugnare in illam; igitur nullum malus in electi odium potest meditari nocumentum; quam elevare ad dignitatem indignum. Exardescentes in me (elegit Vatabl.) posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui. Non aliud habuerunt, quo animi exprimerent amaritudinem, quam fororis in custodiam electionem: siquidem indignum eligere, & ita cognitum; non est amor voluntatis, sed odium peccatoris exardescens. Vineae propriae negligenter egit praesidem, & irati aliarum constitiderunt custodem. Qui suae domui praeside nescit, quomodo Ecclesiae Dei praesidentiam habebit? Et iterum eligitur, & in ampliora? Rationis patet furor, & peccatoris ira: siquidem minime suffragia attendunt, ubi intercedit voluntatis prolium; quomodo assumptis in priorie dignitate se gessit, sed quod dignitatem habuit. Voluntas est, sed extra ordinem iuris, seu potius odium simulatum bonae speciei voluntatis: altum inflixerunt vulnus ubi ex electione electa contraxit dedecus. Potita est malevolentia ex malignitate voto, ubi praetextu honoris fororis patrata electio: etenim contulerunt dignitatem, eo quod habuerat priorem; cum ius esset expelli ab illa quam habuit, quia vineam non custodiu.

Electio non est obsequium, sed odium.

Vatabl.

Et in propria dium.

11 Ordo iustitiae est cardo, in quo vertitur totius reipublicae splendor; cuius deplorabilis casus semper regimini dedecus. In munerum distributionem accedere debent dignanda ut merita, virtus, prudentia, literatura. Hi sunt gradus in praemium, cetera meritorum praecipitium. Homo in maiestatem currit auide: sollicitat auctoritatem, ceterum sine labore: querit optabilem, vel amulabilem gloriam; verum refugit molestiam: unde si connexionem cogitat faciliorem in vacuum sine dotibus auctoritatem; literis atque virtute pessundatis, studet in connexionem. Patet in Sponsae praefato tractu. Notatur odiosa electio, igitur expulsa, quia nulla vineae custodia; & illa illic: Indica mihi, quem diligit anima mea. Quorsum ergo recursum, ubi sit, vel ubi non sit dilectus? Ambitio disponit viam, ita ut stulti non errent per eam: dilectio saepe supplet, quod a meritis ineptitudine deficit: queriturque diligenti-

Nullas bonorum dignitates, si bonorum connexionem.

Quaenam merita insulsa.

Matth. 25. 15. Iustitia ordo, nihil concedere indigne.

ter sponsa dilectum, ubi merito cogirat munus ablatum; ut quod nequit per meritum instam pretiositatem, nanciscatur ambitiosa per dilecti connexionem. Dilectum querit, & sibi querit; quia congruit sibi. Indica mihi. Non alijs, qui de Sponsae inhabilitate deponant; sed sibi, ut interventione in ministerium restituat, & preoccupetur dilectione defectus meriti: equidem si ratio informat; nequaquam intercedet, quanvis diligat. Mibi. Apte: sese querit, dum Sponsam inquiri: igitur ni a dignitate expulsa, minime quereret. Perpende. Non dicit: ubi sit, qui me diligit; sed mihi indica. Quem diligit anima mea. Diligi indicat aliquid dilectione dignum: diligere nihil aliud, praeter dilectionis meritum. Vulg. Un amor bobo: amoremque suum explicat, ut tunc munus obtineat; igitur quandoque valet pro merito verbum hoc Diligo, diligo: verum falsos; quippe dum magis ac magis diligere altruit, sese diligit. Mibi solum. En indignitatis meritum: evanesceat sane concepta spes dignitatis, si alij participes. Denique; dilectum connotat, ut sine fastidio laboris indignam in dignitatem restituat. In distributione praemij & supplicij iuxta meritum & demeritum, collocat iustitia thronum. Extra huiusmodi ordinis seriem, quolibet distributio non habet ordinem; quippe dignus ab honore deturbatur, & ineptus ministerium artificiosè consequitur. Unde connexionem dilecti rimatur Sponsa expulsa, & a ministerio eiecta; ut acquirat breviorè itinere dignitatem, quia acquisivit connexionem.

12 Parabola utique communis oculis obijcienda cogitationis. Paterfamilias uni fervorum, uti dicebat iustitia, decem concessit talenta: alij duo, alij unum & nihil amplius, alijs vero nihil. Haecine distributio iustitiae? Sane. Iustitia adequata merito: iustitia namque, nihil concedere indigno. Qua fronte munus ambit, qui vel talentum non habet? Iuxta talenta conferenda munera: hinc quinque respondent quinque, duobus duo, unum unico, & etiam iuxta scita iustitia, nihil nihilo: siquidem non congruit credere pretiosissimum pondus dignitatis, in quo talenti ullius non apparet nec species. Nervosè dilectio nostra: No se debe fier el causal rico de la Dignidad, de quien no tiene ni un talento que perder. Unicusque secundum propriam virtutem distribuit dona; ut reddatur unicuique secundum merita; & floreat a distribuentè iustitia; equidem suspiciosa

iustitia in distributione, ubi nullus sine munere. Hic ordo ordinandus est, ut ordo iustitiae sit: igitur in collationes dignitatis, aliqui, vel aliquis dignus tamen, sed non omnes. In piscina Bethesda, iacebat multitudo languentium, caecorum, claudorum, aridorum expectantium. In his patet insolentia ambitionis, & facilitas insulsa credulitatis.

Quis tanta credit? Credula est spes improba.

Altruit Seneca in Thyest. vers. 295. Quis, ni vacuo cerebro, crederet, quod exitum vel leprosum expectaret? Hinc corruptela morum, & perfricta frons ambientium: etenim quia unquam aliquando surgebat, ita iacentes vanissima spes exulterat; ut iam esset multitudo languentium, caecorum, claudorum, aridorum expectantium.

13 Ibi, est iacentem, Christus hostinam vidit, & sanavit. Cur igitur huius tantum elevatio? Quippe erat homo iacebat: & homo debet elevari, quanvis iaceat. In hominem, ut erigat, manum extendit, & ceteros praerivit; quoniam male expectat exitus, aridus caecus & claudus. Adhuc in sphaera gratiae sit distributio iustitiae. Homini faveat, reliquos uti non homines praeremit: igitur si iuxta propriam virtutem concedenda talenta, & iuxta talenta munerat; quoniam apparebit virtus, ubi expectans, claudus, aridus & caecus? Ne expectent inhabiles sine merito, exacta iustitia proponit distributio: equidem si ubi talenta pretiositas, ubi dignitas; ubi nulla talenta nulla gratia: iustitiae utique aequum decretum sancitur; ut qui ad nihilum valet, nihil plane concedatur: opem languidi implorant: verum si iacent, dimittendi sunt ut iaceant. Talenta ergo distributa, & simul cum hoc ordine iustitiae, ambitio explosa: equidem cum ministeria iuxta propriam virtutem distribuantur; ubi inepti repelluntur, omnes incumbent in munerandam virtutem, & nequaquam in dignatam a fortuna connexionem.

14 Latronum qui cum lestu erant in eadem damnationis poena, ministri fregerunt crura. Quid dignitati ad crucem? Nullum profecto discrimen, si aliquod patet momenti, duntaxat micat in intuitu portandi. Aliqui cruci dignitatis figuntur: aliqui tantum ligantur. Vide Liphium de Cruc. & Viverum in Sanctuar. Hispanice, qui fraudantur a desiderio, dicuntur figi. Se clavum: & figuntur tanquam in cruce, clavis crucis qui inepti dignitatem expectant; quippe quod illis gloria, a prudentibus signatur

Faintu, meriti ubi unum sine merito.

Ioan. 5. 3.

Seneca.

Ambitiosorum diana.

Vers. 54

Ubi nullum talentum, nullum officium

Ioan. 19. 31

Quare honor dignitatis conferatur clavis crucis?



ut ignominia. Ligantur, qui habent officij pondus in servitute, & non officio abutuntur in propriam utilitatem: qui officijs servant, verum non servant officia: qui portant ministerium, & non portantur: qui ut perferant, quanvis doleant, humerum applicant. Figuntur & transfiguntur, qui intuentur dignitatis splendorem, & fugiunt crucem: qui pondus horrent, qui adorationes ardent, qui curam negligunt, & propria curant; qui liberè volunt vivere sine impedibus legis, & adespoti privilegio auctoritatis: qui pro libito ligantur, & pro libito solvuntur; quin recogitent quid sit ius, & quid sit fas: unde latrones iudici dixerunt: *Salva temetipsum & nos.* Non magni pendebant crucem, modò haberent libertatem. Hocine nihil aliud, nisi ambire dignitatem in commodum, & commodo aliam acquirere dignitatem; ceterum cum huiusmodi latronum intritus, sit perversa iustitià dedecus; ex terminium decernitur latronum, ut alterum nequeant obtinere officium: fractis merito crucibus, dum elevantur in crucem; ne possint ultra in ultra movere pedem. Hocine supplicium iustitià, & eius ordinis sanctio, ut in ordine sit ordo, & exulet à peccatoribus ambitio: etenim si per crucem signatur dignitas, ac per dignitatem obtinetur auctoritas; electores latronum crura validissimè frangant, ne denuò in dignitatem ascendant: latrones sanequam erunt in culmine dignitatis, qui dignitatum latrones.

15 Quæ non movent huiusmodi hominum ludibria? Quæ non sitiunt in vota? Dicit ambitio:

*Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.*

Virgil.

Nihil mirum; foveat ambitiosi in peccore infernum, sollicitantes à cunctis suffragium. Infernum vocandus, nec abs proposito, ubi interest in Ecclesiasticis secularium intercessio: equidem proprie, si sic ascenditur in dignitatem, est movere & promovere Acherontem. Facilis descensus Averni dulci sit munerum: non ita facile, revocare gradum; quin sitis expleatur, quantunvis in refrigerium potetur: equidem sitis excitat sitim, & semper in promotionem. Sive in profundum inferni, sive in excelsum supra,

*Astra ascenderem Solis ad ortum, Et sub terram descenderem, si possem efficere.*

Eurip.

*Quod haberem potestatem. Dixit ambitione fax Thebarum, apud Eu-*

ripid. in *Phenif.* vers. 507. *Adversus tam potentem, explicitumque latè furorem operator philosophia facta est* ( inquit Seneca *Epist. 95.* ) & *tantum sibi virum sumpsit, quantum bis, adversus que parabatur, accesserat.* Ignis isthic undà crescit: quo extinguitur ardet: equidem qui plus potat, magis sitit. Honores ambitiosus affectat, semper est pavidus, semper attentus, humilitatem simulat; honestatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit, subsequitur & obsequitur, cunctos honorat, universis inclinatur, curias frequentat, optimates visitat, assurgit, amplectitur, applaudit, adulatur. Promptus & fervidus, tepidus & remissus. Approbat, reprobat, & alia cum alijs probat & improbat, ut cunctis acceptus, à cunctis reputetur idoneus. Morbus auratus allicit, qui affectos conficit: pro medicina recipi: *Crura frange. Cave & time. Verum quare? Audi Innocent. III. de Mund. contemptu,* lib. 2. cap. 29. *Sed estò ( ait ) quod sublimetur in altum, provehatur in summum: statim cura suscrescunt, sollicitudines cumulantur, extenduntur ieiunia, vigiliae producuntur; ex quibus natura corrumpitur, spiritus infirmatur. Recogitur qualis morbus, ubi vigilijs & ieiunijs infirmatur spiritus. Symptomata patent infirmitatis, & cordis languoris in motu regiminis. Statim ut est promotus ad honorem* ( inquit cap. 30. ) *in superbiam extollitur, in iactantiam effrenatur, nec curat prodesse, sed gloriatur praesse: praesumit se meliorem, quia crevit in superiorem: vultum avertit, visum extollit, cervicem erigit, fastum ostendit, grandia loquitur, sublimia meditatur, subesse non patitur, praesse molitur, praelatis infestus, subditis onerosus. Molestia non suffert, concepta non differt, praeceptis & audax, gloriosus & arrogans, gravis & importunus. His tribuenda munera? Magis opinor salubre, crura frangere.*

*Non est tua vota voluntas.*

*Magna petis Pbaeton, & que non viribus ipsis*

*Munera conveniunt.*

*Ferre non possunt repulsam* ( ait Plutarch. in *Coriolan.* ) *nec satis meminisse videntur, non tam illos praferri, qui virtute, prudentiaque excellunt; quam eos possideri;*

*qui non populum rogandum, nec multitudinem colendam censent.* Hi autem expelluntur à iustitià, quippe ab officijs, non à meritis acceperunt ministeria; & adhuc sitiunt quærentes alia ministeria propter officia:

Senec.

Quæ extinguitur, ardet.

Innocent.

Proprietates ambitios.

Ovid.

Plutarch.

Non est meritum, ex meritis officiorum.

ficia: malumque ad merita signum, ubi dignitas acquiritur ex meritis officiorum. Quis enim levabit quem precipitari oportet? Solet aliquando affectus excogitare tractus, quæ respondeat præclarè exercitio, qui omninò defecit à credito ministerio. Fallitur: minimè respondebit, sed semper cadet, qui vel in decore honoris, honoris dedecus, impotens adimplere ministerium, & quærens commodum. Quare cum ordo iustitiæ mundi versetur in huiusmodi embolus, catenato precipitio; iurè damnatur à cælo: siquidem ordo sicinè iustitiæ est iustitiæ sine ordine.

16 Accesserunt cum matre filij Zebedæi ad Christum, poscentes thronum, ac percipi incogitata ambitione, volentes inter primos esse primi. A matre deaurata petulantia titulo obligationis, propensione genitricis; quasi in schola Christi commendaretur ut meritum, patrociniū secularium. *Potestis bibere calicem?* dicit Christus. Illi acturum dicunt: *Possumus.* Utique: *Bibetis* sanè, respondit Christus, ubi illorum exultabat affectus: igitur qui tolerat ambitionem, perferet patienter crucem. *Non est meum dare vobis.* Necdum fulgent merita, & somniantur folia: luxta merita est ordo iustitiæ: ut poscitis, non est mei; siquidem extra iustitiæ ordinem, conferre indotatis & ineptis dignitatem. Subtilis & ingeniosus est ambitus, maxime si præcogitat affectus, ut aliquid appareat, etiam momento evanescat: igitur mundus veneratur tanquam merita munerum, in ipsis dignitatibus argumenta meritorum. Proposito aptius. Aliqui Expositorum intelligunt præces factas pro primatu in principatu huius mundi: alij pro sellis primis in sedibus cæli. Vide Novarin. hic. Utrumque amplector: & utrumque quousque ad se meritum, à Salvatore improbat; quippequam extra iustitiæ erat ordinem, propter habitam conferre superiorem dignitatem. Non est meum ante meritum, ullum concedere officium: & ante meritum sollicitant, quo inter ceteros splendeant; quoniam mundus, à quo dotium ignota pretiositas, iudicium usurpat per dignitates habitas. Dignitas supponit meritorum dignitatem, ne sit infra, qui nanciscitur cacumen; etenim meritò cadit, qui non supponit. Momenta sunt æstimationis officij, & sine illis officia nullius momenti. Qualificant munera, quæ dotibus plausu. Aliquid monstri qualitas sine subiecto, sine auctoritate qualitas, sine æstimatione auctoritatis, sine maiestate maiestas, sine substantia quiddi-

Math. 20.

Ambitio oris crucis gravior.

Novar.

Unde eius foveat?

Honor illi puer.

tas, sine momentis pretiositas, ac demum sine entitate præstabilis entitas; equidem illustrando dedecorat elevatione muneris, quoniam apparentia honoris. Unde expulit Christus, quod maternus ex ambitione filiorum deposcebat affectus; quippe non rationis ordo, quod daret, eò quod dedisset, & quod meritis primis data iam dare non posset; imò nec ipsis essent expectiti throni, si ante meritum fuissent in meritum consecuti. Ad elevationem dotibus dumtaxat iter struitur; quippequam non meretur dignitatem, qui dignitate meretur.

17 Præclara fidei specimina protulit Mardocheus adhuc sub catena servitutis, monens Assuerum pro neptem de periculo capitis. Ergo æstimatà fide, atque gratà Principi denunciatione; *Præcepit ei Rex, ut in aula palatii moraretur, datis ei pro delatione muneribus.* Traditum totum commentarijs, sed quia in aula, tantam memoriz oblivionis equidem si abolita quæ scripta; potius sepulta obsequia, & summa gratitudini credita.

*Aula valet semper magnis amplissima verbis.*

*Inque fide semper labilis aula valet.*

En aula fructum, sed probe factis nunquam sua præmia desunt. Rex ergo lectione rescivit facinus, ac requisivit sollicitus, *Quid pro hac fide honoris ac premij Mardocheus consecutus est? Dixerunt ei servi illius ac ministri: Nihil omninò mercedis accepit.* Si collatio facta munerum, quomodò nihil acceptum? Ad supremam Mardocheum Rex decreverat elevare dignitatem; & inficiatis muneribus, meritis exaltandi fiebat blandimen. Astruebantur merita insignia, dum prætermissa munera pridem habita. Dotes elevarunt in primam sedem, de rege atque regno præclarè meritum; & asserunt ministri nullum munus, acceptis muneribus, illi à principe collatum; quippe in primatem elevarunt merita, & nequaquam data munera. Si munera dicerentur, esset suspiciosa commendatio dotium, dum assumptus in regiminis fastigium: tradunturque oblivioni quæque servierunt muneribus; ut possideat honorem cum honore: quandoquidem honoris dedecus esset, si dignitatem per dignitatem habuisset. Pridem munera habuit minor meritis: & studiosè habita præmittuntur ab aulicis; quoniam prudens iudicium, si munere munus adipisceretur, accepisse in dignitate plus quam dignum merebatur.

Hic est ordo iustitiæ: contraria via sine ordine in ambitione. Aptè vel Echnicus lib.

In aula surgit meritum memora.

Esth. 12. 5.

Uvchi.

Cap. 6. 3.

Non meretur dignitatem qui dignitate, meretur.



lib. 3. de Rev. natur. à vers. 59.

Honorum caeca cupido,

Lucet.

Qua miseris homines cogit transcendere fines

Iuris, & interdum socios scelerum, atque ministros,

Noctes atque dies niti praestante labore.

DIDASCALIA IV.

Urget inferni flamma, utut committitur culpa.

I Habet quod, non quod fugiat mortale genus, quippe ibi nullum effugium: habet peccatum quod fugiat, ne descendat quod deducit tandem tandem lethale peccatum: igitur si claudicatur morte, nequit inde effugere, imò nec erui. Mœnia triplici circumdata muro, Quae rapidis flammis ambit torrentibus amnis.

Virgil.

Porta adversa ingens, solidoque adamante columna,

Vis ut nulla virum, non ipsi scindere ferro Coelicolae valeant.

In infernum introitus: sed non exitus.

Accinit Virgilius 6. Aeneid. à vers. 549.

Porta & ingens patet in introitum, sed nec rimula ad egressum: igitur ibi non tantum inest pena cruciaminis, sed incessanter perennis. Mors depascet eos, illosque doloribus vegetat, ut iterum pascat. Mors est sine morte, & finis sine fine; quia mors viva semper praevalet, & finis incipit. Quot recipit lacus! Dicit vel Ethnicus apud Natal. Comit. 8. Mytholog. cap. 3. quod imitatur Claudian. 2. de Rapt. Proserp. vers. 308.

Quot volucres primo tristantur frigore laesa Quot frondes gelido stante Aquilone cadunt,

Nat. Com.

Aut undas venti spumosa ad littora volvunt;

Tot defunctae animae Tartara ad ima fluunt.

Aliquotenus (est aliquando, ut vidimus in Liter. num. 32. Stoicus negavit) animum reflexio perculit ubi apud Dionys. Gothofred. in Aureis, dixit: Non leve momentum apud nos habet consensus hominum, aut timentium inferos, aut colementium. Nihil (inquit idem 2. de Ira, cap. 35.) aequi profuit, quam primum intueri deformitatem rei, idem periculum. Iurè si timeant, ceterum novum, si colant. Quis igitur colit infernum? Qui ambit peccatum. Erit

Senec.

Quis colit infernum?

suprà & non subter, qui Dei custodierit legem: qui non custodierit, aliter: quomodo aliter, qui nequit esse in diversis locis simul? Infrà & supra? Sine dubio: equidem qui vivit supra in peccato, subter iacet in inferno.

Deut. 28. 23

2 Eruiſi animam meam ex inferno inferiori: gratus eruenti exclamat David, dum feliciter vindicatus à culpa, divina gratiâ. Si infernus, subter sanè; quorsùm igitur ex inferno inferiori? Si subter, inferni locus, superiùs sanè quàm erit infernus. Etiam: hinc saepe dicitur In inferno deorsùm: quandoquidem etiam infernus fursùm. Sursùm infernus? Ita: qualis infrà, si ita supra? Est infernus ante finem hominis, & post hominis finem. Est infernus etiam ante vitæ consummationem. Est infernus in inferno, & infernus quoque in mundo. Infernus in superficte terræ? Non tantùm unus, sed mille. Infernum prorsùm indicat, ubi sempiternus horror inhabitat: ubi nullus ordo, patet horror; & sempiternus, quia semper error & error. Videris an in mundo, quod in inferno: quandoquidem in inferno damnati propter delicta cruciantur, sed nequaquam respiciunt. Pax est, quæ penas Erebi tradit in tartara; contentio quæ infernum ponit in terra: & infernus inferior describitur: ut ex pœnis huius cognoscatur superior: siquidem hic sine pace conscientia flagello cogitat, quicquid inferni trucidat.

Psa 1. 85. 13

Eccli.

Et scissâ gaudens vadit discordia pallâ, Quam cum sanguine sequitur Bellona flagello.

Quis in inferno ante finem hominis?

Matc. 9. 44.

Tantum discrimen erroris, hic lætari, vel gloriari vel in malis; ibi autem continuo lugere pœnis. Error est, & summus error, quàm animum non arceat inferni inferioris horror: igitur in mundo ita exultans debacchatur animus, quasi inferior infernus non futurus.

Conscientia flagellum.

Virgil.

3 In scopum instituti: Eruiſi ex inferno inferiori. Ergo cecidit & ruit in superiore infernum: non est dubium: ad hæsit iniquitati: diciturque erutus ab inferno inferiori; quia illic ut commisit crimen, inferni superioris passus cruciamen. Infernus est supra, & infernus est infrà: infrà pœnarum, supra peccatorum: & dum legem est transgressus, ab inferno superiori neutiquàm est liberatus; quippe passus in mundo in peccato & pro peccato, quicquid perenniter cruciat peccatorem in inferno. Laquei mortis, sunt retia criminis, quibus in mortem capitur anima, ut torquatur à conscientia; etenim crimine mor-

Infernus peccati.

Psal. 17. 7

mortis commissio, sanguine sequitur Bellona flagello: unde licet non descenderit infrà, infernum passus est supra; quoniam laqueos mortis animæ criminis vulnere, sequuntur & ubicunque semper dolores inferni. Est infernus in inferno, & est infernus in mundo. Amplexus est David legis vulnus, cædens in iniquitatem, & tulit acutum dolores, & infernum superiorem: igitur cum homo peccans convertatur in dæmonem; portat in mundo, quicquid torquet in inferno: quandoquidem ex peccatis qui dæmonium; infernum ubicunque portat tecum. Est infernus flammarum & etiam criminum: hic altior, & ille inferior. Removere intendit, qui passus, homines ab iniquitate, inferni experti exposito dironi horrore: & ab inferiori animæ itatuitur liberatio, sed nequaquam ab inferno: siquidem cum gehennæ flammæ ascendant ratione culpæ, quilibet in superioribus haud averfatur peccatum, antequam in infernum descendat, habet infernum.

Matc. 9. 44.

4 Gehenna ignis saepe dicitur ab Assertore N. Mitti in gehennam ignis inextinguibilis. Alibi, tantam dicitur gehenna. Per gehennam lacus inferni describitur: quo ergo intuitu, Ignis modo omittitur, & modo signatur, qui semper ignis inferni? Ut transgressoribus legum clareat infernus peccati. Est infernus peccatorum, & flammarum: est infernus iniquitatis & ignis: hic inferior in centro terræ, ille superior in superficie. Peccant homines in mundo, quasi sibi non nocerent, ac in diras pœnas caderent: diciturque infernus ignis, ob discrimen inferni superioris: equidem præter infernum flammarum, est infernus in hoc mundo delinquentium. Per effectus clarescunt cruciamina: torquentur viscera, designato in igne inferni inferioris loco; ob inferni differentiam corda torquentis in mundo: quippequam dum cordi accedit iniquitas, ante flammarum pœnas patitur flammam. Signat Psalmographus: Domine (ait) educisti ab inferno animam meam. Difficile sanè intellectu, quia nunquam habitavit in lacu. Ni Dominus adjuvasset, in inferno proculdubio paulominus habitasset: quomodo igitur educata anima, unde nunquam detruſa, vel detenta? Vadit anima in infernum post mortem: si David non functus fato, qua ratione anima eius educata fuit ex inferno?

Discrimen inferni flammarum & criminum.

Psal. 29. 4

5 Utique inconcussam, quod tantum post mortem vadit anima in infernum; sed est mors corporis & mors animæ: hæcque nullo modo descenderet in

tartara, ni ante mortem corporis fuisset mortua. Si post mortem corporis; ibi iacet in inferno, & non educitur: ante mortem carnis, potest ab inferno educi, quippe gratiâ liberatur: peccavit David, & anima mortua est: penituit, ac restituta gratiâ, eius anima ab inferis est educata; quippe dum adhæsit crimini, non solum erat in morte, sed in inferno peccati. Legum transgressoribus, videtur vivere in mundo, quia peccantium vivit caro. Dum anima moritur, nonnunquam ad infernum adducitur. Ad infernum inferiorem post mortuam carnem: in superiorem, post commissum crimen. Infrà, in gehennam ignis: supra, in ignem gehennæ. Deorsum impenitentia, fursum culpa. Subter, in dæmonum societate: super, in vitiatorum corruptione: in inferno inferiori nulla redemptio, in superiori gratiâ Dei datur educio: & ubi penitentia propriâ & Dei gratiâ David liberatur à peccato, educitur ex inferno; quippequam præter infernum flammarum, datur infernus in anima peccatorum. Innuit verbum emphaticum Christi: In gehennam ignis inextinguibilis. Est gehenna ignis inextinguibilis, & extingui-bilis ignis; sed semper gehenna, qua cruciatur anima. Ni exstinguatur ignis lachrymis; in inferno deorsum descenditur ex inferno superiori criminis. Redemptum seu lythrum indicatur in animæ libertatem, postquam descenderit in infernum post crimen: siquidem patietur incendia perpetua inextinguibilis ignis, ni penitens cor illam eduxerit lachrymis. Ergo redimenda sicut peccati captivitas, ne in ignem inextinguibilem deducat improbitas: igitur ut constet infernum esse peccatum; sine lachrymis (redemptione iniquitatum) ex inferno præcipitabitur anima in inferiorem infernum.

Infernus apertur, ut anima moritur.

Ubi supra:

6 Hinc intellectum eiusdem Vatis difficile testimonium. Omnis consummationis vide finem. Finis finis est finis consummationis. Quisnam igitur, si finis in consummatione inibitoribus, finis ultra finem declaratur? Si finis ultra descriptio, ante finem non datur consummatio: quid consummatio ante finem, & quomodo finis ante consummationem? Facilis expositio, si cogitatur criminis consummatio. Finis peccati infernus est: & finis videtur si peccatum consummatum; quippe infernus ante infernum. Si datur legum voluntaria transgressio, sine vitæ hinc finis datur consummatio: equidem ante finem anima patitur finem, quoniam infernum

Pf. 118. 96

Infernus ad te infernum.



patitur superiorem. In peccatore invenitur aliquando consummatio finis, & aliquando etiam finis consummationis. Finis, ut dixi, infernus est; sed est infernus superior & inferior. Superior fit gravi culpa, inferior finali impenitentia. Consummatio in inferno videtur, non consummationis finis; ubi culpa, in qua infernus, diluitur lachrymis,educta ab inferis anima, pravalente penitentia. Si permanet sine dolore voluntas iniquitatis; tunc in consummatione videtur finis: ex igne gehennae extinguibili, vadit anima in ignem inextinguibilem gehennae, consummato sine inferni sine fine, ex finis consummatione: igitur ex inferno superiori per crimen, descendit statim in infernum inferiorem. Finis non videtur etiam peccati consummatio videatur, modo dolore cordis, aversione criminis, ingeniosa penitendo peccatorem educat ab inferno. Unde cum peccator vivat in via iniquitatis (quasi nullus foret finis, nec inferior lateret infernus) qui superiorem iam pallus; signat corde impenitenti in consummatione finem, quippe in peccato perseverat usque ad mortem.

7 Prædicat Dominus per Ieremiam: *Cadet superbus & corruet.* Quorsum igitur lapsus & lapsus? Ut duplex hominum designetur infernus, ne lapsu cadant, & si ceciderint, surgant. Cadit homo in infernum, ut commiserit peccatum; sed alius cadit, alius cadit & corrui. Cadit vel fragilitate vel malitia; sed non corrui, quia resurgit penitentia. Cadit in infernum superiorem ob crimen: verum haud expectat (ut cadendo corrui) finis consummationem; quippe per lachrymas & dolorem peccatorum fugit compunctus inferiorem infernum. Superbus cadit, sed non surgit: perseverat in inferno peccati, expectato sine inferni consummatione. Ex fursum deorsum, pro consummatione scelerum: reuultque dolore surgere, quippe placet in doloribus jacere: forsque malignitate voluntatis, totius consummationis videtur finis, post lapsum ruina, post flammam flamma, & præcipitium post casum; siquidem ex inferno impenitens deducitur in infernum. Hinc David compunctus dicit: *Nisi quia Dominus adiuvit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Paulominus & in inferno.* In inferno, notatur culpa, in adverbio penitentiae morula. Ille cecidit, sed Dei clementia non corrui. Corrui qui cadit, si lachrymis non resurgit; unde cum deficiente ploratu,

Malum, in peccati cadere: peius cadendo corrui.

Psal. 93. 17.

Penitentia protrahit peccati rutilosa.

ni accesserit penitendo, infernus continetur inferno; modo tantisper protraheret peccatorum penitentiam, ex inferno superiori curruens dedisset in flammam.

8 Infelix sane, qui vel in mundo corrui, eundem iacere placet.

*Tormenta que gehenna Anticipat, patiturque suos mens conscia Manes.*

Deus divina clementia, quia cecidit, ne corruiat, intendit erigere; & ille currere cupit in manus, de quibus non poterit spergere. Avocat ex inferno superiori spe venia, visceribus misericordiae, ne proprio malo inferiori subiectetur inferno; & adhuc persistit in iniquitate, quoniam unquam recordetur penitentiae, a qua longè animus mancipatus in crimen, addens pravariationem; equidem ingenians continuo delictum, cum morte & inferno percuit in vita pactum. Ita aluit ex illis Evangelicus Vates. *Dixistis enim: Percussimus te sedus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* De quo pacto cum inferno? De persistentia in peccato: equidem ita vivit, seu potius moritur, improbus; quasi post mortem non esset infernus. Pactum utrinde stat, ut post mortem nec memoria inferni sit. Quomodo fœdas ita, si post mortem impacta nova tormenta? Nequaquam tormenta nova: siquidem irrevocabiles à via iniquitatis, descenderunt in infernum adhuc viventes. Fit post mortem deorsum, quod erat in vita fursum: firmiterque manet pactum; quoniam prius quam acciperentur à barathro, malignitate cordis habitabant in inferno.

9 *Ego sum vitis, vos palmites* (post cenam asseruit Iesus discipulis) *qui manet in me, hic fert fructum multum. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes & araset, & in ignem mittent, & ardet.* Mansio & non mansio alludebat in circumstantiam fidem, atque Iuda proditoris tunc absentis remotionem: equidem iam missus foras, quandiu in eum introgressus est satanas. Ita paruit ob meditata, atque patrata crimina; at difficillis testimonij concordantia. Palmes erat proditor, & palmes aridus, foras missus, in ignem mittendus, in quo arsurus. Ibi planè ardebit. Qua causa dicitur: *Ardet?* Quousque mittatur in ignem, non quibit perpeti ardorem. Si ardet, iam in rogam missus; non ardet hucusque, si mittendus: quidam iam ardet, si ardebit: Quomodo in mundo & in barathro? Pepererat fœdus prodicione cum inferno. Cecidit & etiam corrui

Anson.

Peccator est, ut quasi infernus non esset.

Isai. 28. 15.

Ioan. 15. 54.

ruit, quousque iacuit. Alij non ardent, quousque mittantur in ignem: Iudas antequam mittatur: equidem cum nec infernus conciperet, quam prodicionem patrarat, prius quam in barathrum descendere, iam descenderat. Homo pravus mittitur igni, dum moritur: proditor autem ardet, antequam moriatur: equidem si in infernum mittitur ut semper ardeat; antequam iret, iam erat. Qui lethale commiserit crimen, & mortuus fuerit in huiusmodi culpa; mittetur in tartara, ut ardeat in gehenna. Mittet Dei iustitia in ignem, & ardebit: etiam Iudas mittet, verum ardet. Ardet, & ardebit: equidem post mortem mittetur in ignem, & modo perfidè vivens in mundo, etiam ardet in inferno. Ardebit, & modo ardet, & quò ardet modo. Quo pacto si modo in terra? Prius quam arderet, erat in inferni flamma.

10 Eligitur de caelo Mathias, in locoque sufficitur, de quo pravariatus est Iudas, *ut abiret in locum suum.* Claret ex phrase discrimen benemeriti & indigni, electi vel non electi: siquidem singuli locum quem habent, non habent; sed solummodo locum quem habere debent. Locum in Apostolato Iudas occupabat, Mathias, qui occuparet, habebat: igitur fastidium dignitatum nequaquam est habentium, sed meritum. Quilibet habet ut proprium, tantummodo quò meretur: infernusque Iudæ proprius locus dicitur; quia proprius quam in folio, iacebat proditor collocatus in inferno. Locus proprius dicitur infernus, ubi in illius locum propulsatur damnatus. Nemo damnatur nisi post mortem corporis, quippe ibi locus tormentis: cur ergo barathrum ut Iudæ proprius locus designatur, antequam in infernum truderetur? Proprie non est locus, ubi praesens corpus, sed ubi animus. Non ubi locatur, sed ubi collocatur; non ubi est, sed ubi esse meretur: & etiam vivens collocatur in inferno, loco proprio; quippe adhuc vivens erat ardens in inferno. Ita impius, qui locum in mundo habere videtur. Quicunque viderit, fallitur. Locus mundi quaeritur, & ecce non erat: locum alium proprium iniquitas præparaverat. Et si mutantur loca, mentis non mutatur flamma: semper ignis urens est: moriturque ut abeat in locum suum; quippe adhuc supra in tellure, ardet in profundo inferni.

11 Causam signat Sapiens. *Impius* (inquit) *cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Quidnam est profundum peccatorum? Desperare de salute vulne-

rum criminum: igitur contemnit flammam æternam, quasi in vano cadens accepisset animam. Qui sperat posse sanari, dolet de vulnere: qui desperat, nihil curat: vivit, ut agritudinem augeat: in profundumque criminum uti desperatus venit; quippe pro salute restauranda nihil agit. Perperare flagitium, mors est animæ; verum salus & vita dolore possunt restitui. Carere penitentia, & perseverare in culpa, relegat medicamen salutis, sed post mortem corporis. Peccare propter peccatum, ante mortem est peccatorum profundum; quia ultra non est, cum peccatum non aliò quam propter peccatum fit, in infernumque descenditur, dum adhuc vivitur: hicque status non tantum dicitur infernus, sed profundum peccati; quia sic peccator, dum vivit, iacet in profundo inferni. In vita non delinquit, quia peccatum horret, sed quia non occurrit. Desideria cordis, sunt cupiditatis leges, quin pulset animum cogitatio de salute; quippe mittitur in præceptis desperatione. *Ut vadant, & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur & capiantur.* Ut in crimen vadant, & cadant retrorsum, ne ut crimen videant: ut conterantur, ac magis in vulnera vulneribus irriterentur: ut illaqueentur, ne se possint in dolorem movere, qui prius noluerunt sentire: ut denique capiantur ab inferno deorsum, qui infernum habebat fursum: equidem si cum peccato, estò supra, homo vivit in inferno; si venerit in profundum peccatorum, necessarium utique totius inferni habitare profundum. Prius recepit totum infernum in mundo: restat, quòd ille recipiatur ab inferno. Ita ab inferno recipitur Iudas, quippe prius introivit in eum satanas. *Voluissent iniqui* (ait Gregor. Mago, apud Gratianum de Penitent. distinct. 1. Can. 6.) *si potuissent sine fide vivere, ut possent sine peccato: ostendunt enim, quia in peccato semper vivere cupiunt, qui nunquam desinunt peccare, dum vivunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicis pertinet, ut nunquam careant susplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt curare peccato.* Huiusmodi monitiones, qui labitur in profundum peccatorum, contemnit; quia ad nihilum redactus est, & nescivit.

*Falleris & nescis.* Ovid. Non minus ardebis, quia citò, vel cum multis ardebis. In inferno (ex Profano, ut respicias, dicam, 6. *Ansida*, vers. 616.)

Quomodo peccator in mundo, & in inferno?

Act. 1. 25.

Honor dignitatum non est habentium, sed meritum.

Peccator non est, ubi est, sed ubi meretur esse.

Prov. 18. 3.

Unde summa improbitas.

Isai. 28. 15.

Peccator recipitur à summo inferni, iam recepti à peccatore.

Greg. Mag.

Ovid.



Saxum ingens voluunt alij, radiisque rotarum  
Districte pendunt. Sedet, aternumque se-  
debit  
Infelix.

DIDASCALIA V.

Fatui Praesidis quanta fatui-  
tas!

1 Inter cruciamina rationis nullum  
durius, quam Praelatus stolidus:  
equidem arbitratur se habere  
ad dignitatem congruentes dotes; non  
alio, nisi quia possidet infulas, crotala di-  
gnitatis: simia culta, verum simia, vacuo  
cerebro; quoniam absorptum à cultis; sese  
plaudens, sese ridens, cuncta fusque de-  
que faciens, modò sonet asininis auribus  
reverentiae crepitaulum, modò crepet in-  
sulsis temporibus ephippiorum dulce si-  
strum. Gaudet duntaxat muneris stridulo  
fono, ceterum

Tormentum  
aeris, Prae-  
latus stoli-  
dus.

Mantuan.

Rudit voce barbarà sistro.  
Per insignia sanè, quod non erat, grex  
pavidus cogitaret, ni insigniter vel in-  
signibus ruderet: sed voce, dum rugire co-  
nabatur, comprehensus; phaleratus inven-  
tus, verum asinus: sibi profectò & multis  
factus prodigium, eò quòd ruderet, ne-  
sciens vocum rudimentum.

Sedul.

Linguaeque rudenti  
Edidit humanas animal pecuale loquelas.  
Ut fuccinuit Sedulius lib. 1. Carm. vers.  
162. Fabulam tangit Festus Avianus, quip-  
pe in stultis dignitatis insignia semper fa-  
bula. Sic enim fabul. 5.

Asinus ex-  
viji leonis.

Exuvias Asinus Gatuli fortè Leonis  
Reperit, & spolijs indait ora novis.  
Aptavitque suis incongrua tegmina mem-  
bris,

Fest. Avian.

Et miserum tanto pressit honore caput.  
Rusticus hunc magna postquam deprehendit  
ab aure,  
Incepit bis miserum vocibus ille pecus.  
Forstian ignotis mutato munere fallis:  
At mihi, ceu quondam, semper asellus  
eris.

Deur. 28. 13  
43.

2 Non aliter stolidi in munere digni-  
tatis; igitur per insignia videntur habere  
dotes: & ridentur, dum insulant; quippe  
dotes non videntur. Constituet te Dominus  
in caput, & non in caudam. Id est, Ascen-  
des, & eris sublimior. Quis igitur non su-  
blimior, qui dignitate superior? Qui su-

perior dignitate. Superiorem minimè con-  
stitunt honoris infulae, quoniam sine do-  
tibus privantur honore. Unde Hieronym.  
ad Pamphab. ex Ciceroe inquit: Casar-  
em quosdam ornare voluit, non illos ho-  
nestavit, sed ornamenta ipsa deturpavit:  
diciturque dignus ascendendo sublimior;  
quoniam stolidus etiam ascendendo infe-  
rior: siquidem cauda elevatur, dum in ca-  
put constituitur. Cauda est insigne bruto-  
rum, cuius negatio specimen rationalium:  
& in caudam stupidus, dum in caput ele-  
vatur, constituitur ut plene à subditis cog-  
noscat: intolerabile, moderari iustitiam,  
atque stupiditatis latere notame: equi-  
dem ita inest stolidis stupor, ita stipitibus  
torpor; ut in amement dignitate vecordiam,  
nihil desideretur praeter caudam.  
Incedit bipes, qui debet quadrupes, igno-  
minia subditorum & muneris; & pro utri-  
usque felicitate stolidum cauda notat; ne  
plenis claudibus in regimine fideat: igitur  
in legum executionem & normam, tan-  
quam Asinus ad Lyram.

Non in di-  
gnitate su-  
perior: qui  
dignitate.

Hieronym.

Indotatus  
stolidus.

Erasm.

Plutarch.

Stulti nota,  
merita com-  
putare per  
insignia.

3 De Demarato Spartiata, munera ac  
insignia singularia petere iusso, refert Plu-  
tarch. in Themistoc. petijisse, ut sibi fas es-  
set, tiarà sublatam in capite, regio more  
procedere. Mitropauses regis patris  
apprehensà Demarati manu (inquit) Hae-  
tiara haud cerebrum, quod velatura sit,  
habet: nec tu Iupiter propterea fores, etiam  
si fulmen acciperes. Esse aliquid sibi fore vi-  
debat per insignia; & apparuit in peti-  
tione vecordia: igitur tantum stolidi non  
habentis in capite cerebrum, sese arbitra-  
ri regem, quia habebat signum. Tiarâ in-  
signe regis, ornamentum capitis, indicat  
dotes coronatas principis, qui magis in-  
cumbit in subditorum regimen, quam in  
cultum exteriorum: fatuusque habetur à  
cunctis, sine capite ambito ornamento ca-  
pitis; quippe stulta cogitatio, atque mo-  
tionis phantasia, pro dignitate dignitatis  
insignia. Aliquid sibi autumant, ut fomi-  
tem vanitatis, in splendore tiarâ, speciem  
honoris praeseferentis. Mitra duntaxat mu-  
neris index, splendori tiarâ deservienti do-  
tes: indicatque indotati, insulsi culti, lu-  
dicram fatuitatem; splendorem ambire per  
splendoris speciem. Unde cum inquirat  
curiositas, merita quoniam in infulas, sul-  
gente in specie honoris; dotibus caesis,  
honoris nec invenitur species. Sibi sic in-  
fatuat blandiuntur, & magis ac magis or-  
namentis infatuantur; quippe crepundijs  
sonantibus se clamant Iovem, quoniam au-  
ratum ostendunt habere fulmen. Non alia

aliam cogitant Iovis excellentiam, nisi  
fulminantis formam, qua hominibus sileus  
iudicat, quantum in munere valeat: arri-  
piturque à fatuo sceptri forma pro excel-  
lentia, & dispalescit hultissima arrogantia:  
equidem si in dignitatis scepro decidit au-  
rum, quod in folio fulgebat, apparet  
lignum.

Baruch. 6.  
3. 14.

In grao-  
men subdi-  
torum.

In gulari  
ratia, ubi  
nationis af-  
fectio.

Plin.

Conditio ser-  
pentium ra-  
ra.

4. Videbitis in Babylonia (Hebrais il-  
luc ducendis praedixit Ieremias) Deos au-  
reos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in  
humeris portari, ostentantes motum geni-  
bus: vobis notum sit, quia non sunt Dij.  
En fatui praesidis forma, & simul subdito-  
rum stultitia. Portant, qui portare debent,  
equidem verum Numen portat orbem: &  
dum portatur, nec homo, qui Deus vide-  
tur, sed hominis simulachrum; quoniam  
solum extollitur humeris in gravamen sub-  
ditorum. Dij à se facti erant, quos infi-  
pientes portabant; cum rejicerent veri Nu-  
minis maiestatem, ostendentes in Numina  
propria stolidam affectionem: igitur quae  
despiciebat ratio, prompta ludibrio; Na-  
mina Babylonia à Babylonijs, quantumvis  
lapides, non solum adorabantur, sed por-  
tabantur in humeris. Semper rationis iu-  
glatio, soli in stultis affectio. Magnus  
plausus stipitis, Nostras est: quis igitur ni-  
si abderiticus, quia elevatum, adoraret  
ut numen, quem cognoscit rudem lapi-  
dem? Affectiones mentis aciem proprijs  
ludibrijs obnubilant; igitur caeci adorant,  
quod alij calcant. Quaedam animalia indi-  
genis innoxia (ait Plinius lib. 8. cap. 59. &  
Grannyffe, 18. de Propriet. rer. cap. 9.)  
advenas interimunt, sicut serpentes in Ti-  
rynthe, & in Syria angues etiam si calcati  
momordere, non sentiuntur maleficia, alijs  
cuiuscunque gentis infesti, avidè & cum  
cruciatu exanimantes. Quam ob rem & Sy-  
ri non necant eos. Serpentes calcandi, ex-  
pellendi, de medio tollendi, uti venena:  
at, et si venena, sunt indigenis innoxia: illi-  
que reverenter colunt, quod praediti men-  
te fugiunt; quippe ita furenter debacchan-  
tur pro indigenis, prognatis eiusdem pil-  
lulâ caspitis; ut in humeris Numina qua-  
si portentur, quantumvis virulentum ut ser-  
pentes cognoscantur. Maleficia alienis  
sunt: pro amuleto opponitur, Nostras est,  
etiam viscera putrida in vitam & dotes  
(si advenatum) praclaras, duntaxat concipi-  
unt iras. Quid enim prodigium multcis,  
si non ex nostris? Plura videbimus Di-  
dasc. seq. Indulgetur, etò pateat furor,  
quippe prauus affectus bonorum osor.  
Malorum, sit: at bonorum? Mala affe-

ctio: putescat. Ita osor? Idò.

5. Pende sequentia. Deos aureos, &  
argenteos, & ligneos. Id est, imaginem  
Numinis ex ligno, ac in crustam vel ar-  
gento, vel auro. Hocce obijcitur ratio-  
nalibus ut turpe: equidem ingenuis ab-  
ominabile, adorare ut superius Numen, ru-  
sticum lignum, elatum ad dignitatem pro-  
pter aurum & argentum. Mutò in fensu  
Caesar & Sylla: hic clarigionibus, astuque  
potitus urbis praerura, comminatus est  
Caesari, se sua in illum, si averfaretur, usu-  
rum potestate. Iurè (respondit subridens  
Caesar, apud Erasum in Apophthegm.  
lib. 4. in Caesar. num. 34.) tuam potesta-  
tem appellas, quam tuo spe mercatus es.  
Subtiliter perfrinxit, & appositè: quon-  
doquidem sine aere, & calurus potestate;  
quippe nullum muus indotato sine mune-  
re, cui potestas empta tradita, tantum  
ab eris potentia. In quorum manibus ini-  
quitates sunt: dextera eorum repleta est  
muneribus: inquit Psalmodigraphus. Non  
in casum coniunctio iniquitatum & mu-  
nerum: igitur ni plene manus iniquitati-  
bus, minimè exhiberentur plene muneribus;  
hisque acquiritur dignitatum potenta,  
ut muneribus emanaret aliora mune-  
ra: iurè igitur suum vocabat, quod prius  
emerat. Possidet arca Iovem, & numatus  
habet Numen: à cuius adoratione aret  
sacer Vates Hebraos, ostendens Deos  
aureos & ligneos; ne allocuerent specie,  
dum portari videntur in maiestate: equi-  
dem etiam ipsi, qui portantur in humeris  
essent, uti ligna, ludibrijs; sine argento  
& sine auro.

Dignitas  
abominabi-  
lis & empta  
pecunijs.

Erasm.

Psal. 25. 10.

Et muus  
munere &  
xeniji.

6. In Vestalijs, uti dicam in Epheme-  
rid. 9. Iunij, mos Romanis, asinos in pom-  
pam ornare coronis, veneratione provo-  
cante risum; quippe illa Fera Asinorum.  
Unde Ovidius 6. Fast. vers. 63.  
Eccè coronatis panis dependet assellis.  
Miserâ fors, si pro cibo, panis dependet  
ab asino. Parèe tribuere, quod non comedit:  
quandoquidem negat frumentum, qui  
dat iumentis escam ipsorum. Quid signet,  
creperum, huius cogitatio fabellæ, et si  
multi fabula plena ioci. Alfonso 1. Nea-  
pol. ut refert Petr. Gregor. de Republ.  
lib. 10. cap. 6. num. 16. Praesidem stoli-  
dum vocabat Asinum insulatum & coro-  
natum. Haud alio intuitu sedentem asi-  
num in folio & insignitum scepro depin-  
git Bocchius Symbol. 90. cum epigraphæ  
A quo narrante Ammian. Marcellin. lib. 27.  
Pisio in Hetruria Asinum ipso meridie,  
perspicuo ethere, tribunal elatum ascen-  
disse,

Erasm.

Psal. 25. 10.

Et muus  
munere &  
xeniji.

Qua fera  
asinorum?

Orid.

Petr. Greg.

Achil. Bocc

Qui asinus  
insulatus?